

*Ad VIRUM insignitè Nobilem atq; exi-
miè Eruditum DN. M. B. KURANDRUM, Poë-
tam Cæs. famigerabilem &c. RHETORIS exaucti &
Teutonicâ elegantiâ florentis Sacra peculiari
Tractatu vulgantum.*

Innotuit prius Loco nostro, Tuis
Condigna Metris, FAMA, *Nobilissime*
KURANDER, ô AMICE, quàm TE videram,
Svaviter miratus hinc Suadam tuam,
Magisq; pol, quod Ipus ore prefferis,
Scriptisque. Luci consecratis, optumè
Testatus (invidente nullo, quod sciam)
Ceu justus Æstimator Exercitiùm ibi, &
Sagax Aleipta literata Gymnados,
Et Arbiter loquentium tersissimè
In Pallados Circô, Suada quâ micet
Potentiâ, queis viribus præstet, novos
Apud elegantioris Oræ TEUTONES,
Ubi subire Nos tenemur Munia,
Quæ perfici curis solent Mortalium
Laboriosis ac fidelibus! Probo
Conatum tot Specimina, & quàm plurima
Inter, Cothurno digna Latio, pedum
Genera, probo, de RHETORIS *Germanici*
Idiomate exaugendo, Opus tractabile.
Quid mirer? Herclè debeo sic, quia VIRUM
TE Laude majorem exferis, quam novimus,
Linquendo Pegaseos (ubi visum) modò
Fontes. solutiore regnans verbulo,
Prout fluentis Ingeni æstum libera
Svadela laxat, gemmulis potentior,

Dictan.